



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

moperè est, ne quod ad ornatum adhibetur, parum conveniat cum illorum sanctitate.

Quare quæcunque indumenta & ornamenta, quovis genere ea sint, quibus illæ exornantur, eiusmodi sint, ut nihil in ipsis inepti, nihil profani, nihil indecori, nihil denique inhonesti, aut quo fidelium mentes oculique offendi possint, conspiciatur, ut etiam Tridentino Concilio sancitum est.

§. 25. dec. de Inuoc. sanct.

Compatres rudes fidei rudimenta rate recitēt.

Decretum. VII.
UT Parochus constet, compatres fidei rudimenta non ignorare, cum eos ita rudes Provinciali Concilio, & Synodali decreto illud munus obire vetitum sit; ne quos aliunde iam certo non scitis fidei initijs instructos esse, ad id officij munerisve prius is adhibeat, quam sibi illi fidei Symbolum, orationem Dominicam, ut veteri Canone iustum est, tum etiam Salutationem Angelicam recitarint; interrogatique de fidei articulis ostenderint, se rerum quas ad salutem necessarias scire nunquamque fidelem oportet, notitiam habere.

Christina in baptismo.

Decretum. VIII.
CAVEAT Parochus, Sacerdosve baptizans, ne ad infantem baptizandum alio christumate utatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est; nisi periculo mortis instante.

Claues tabernaculi & sacrorum oleorum a parochis custodiantur.

Decretum. IX.
TABERNACULI, ubi sacratissimum Corpus Domini asseruatur, & armarij item ubi sacra olea statim vasculis inclusa custodiuntur, & fontis item baptismalis claves Parochus diligenter cauteq; apud se custodiat: ac ne Clerico quidem ministro illas ullo modo committat.

Parochus fideles ad sacramenta adhortetur. Tit. quæ ad sac. Euch. initio. pag. 22.

Decretum. X.
PAROCIVS cum ad frequentissimum Sacramentorum usum Parochiæ suæ fideles cohortet, ut Provinciali tercio Concilio sancimus; tum crebris monitis illud quod Silverius Pontifex Maximus statuit, in consuetudine reuocare studeat, ut qui sæpius non communicant singulis saltem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Domini sumant; ac præterea diebus Dominiæ adventus.

Decretum. XI.

AD ægrotum Parochus ipse, nisi in valetudine, aliave necessaria causa impeditus sit, Corpus Domini deferat. si vero aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdote uti; ne alio utatur, nisi quem ad confessiones audiendas concessa scriptis facultate Archiepiscopus probauerit, idoneumq; iudicauerit; cum sæpe contingat, ægrotum cui sanctissimum Corpus Domini deferatur, iterum confiteri velle, propterea quod post peractam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum recordatus sit.

Parochi officium in comunione gratiam.

Decretum. XII.

NE Parochi, Sacerdotesve alij intra Missarum solennia, quidquam quod profanum sit, quodq; ad rerum eiusmodi emanationem attineat, de altari populo pronuncient, aut exulgent.

Nihil profanum de altari enunciantum.

Decretum. XIII.

QUOD Provinciali secundo Concilio iustum est, in Missa conuentuali & parochiali, cum Corpus Domini eleuatur, signum sono campanæ dari: in alijs Missis id ita præstetur, ut tunc paruulum tintinnabulum, aut è latere altaris appensum, aut à sacristia allatum, à clerico ministro certis distinctis ictibus pulsetur.

Tintinnabulum cum corpore Domini eleuatur pulandum. Tit. 2. decre. 6. pag. 66.

Decretum. XIII.

QUO planius casus nobis reseruatos confessorij Sacerdotes perpetuo norint, cum pro temporum varietate eorum reseruatiorem à nobis aliquando mutari expediat; nos præter casus Episcopo canonum iure consuetudineve reseruatos, & præter excommunicationes atq; censuras, quæ vel à iure, vel ab homine existunt, quas hoc decreto nobis perpetuo reseruamus; eos tantum casus declaramus nobis reseruatos, quos singulis annis in Synodo, aut aliter promulgatos reseruauerimus: ita tamen, ut quæ eorum promulgatio proximè facta est, vim habeat quoad altera fiet: & sic itidem perpetuo deinceps.

De casibus reseruat.

A quibus casibus & censuris si quis confessorius Sacerdos cuiusvis ordinis sine facultate scripta à nobis data aliquem absoluerit attentarit, excommunicatione